Quaestio Cardin. agit. In Sch. Med. die 30. [illegible] non.ae martii D. Aegidio Heron Mod.re

An pueri per Nutrices Curandi?

Cum foetus septimo, nono, aut decimo mensibus attulit fastidia matri, emittitur vero mense aliquo feliciter, non octavo, ~~[illegible]~~ semper calidi, et humidi tantum affectus, ut reliquo vitae tempore ea quantitate habere nequeat. Hinc in pueris naturali facultate robustissimâ, actiones ab ea pendentes perfectius obeuntur, quam in aliâ quavis aetate, pulsus sunt magni, celeres et crebri. at animales actiones ut motus et sensus multo imbecilliores quam in pueris conspiciuntur, nervis ob [illegible] madore perfusis, cumque fasciis vinciendi et incunabulis continendi sint, ne membra eorum informia et tenera, nondum ad ferendam corporis molem apta contorqueantur, et oneri succumbant, aut frangantur: unde ossa [illegible] possunt fracta, non autem [illegible] et adolescentium.

Temperies calida humida, et labor in edendo magnus, aëris alimentique insolentia, umbilici resectio atque adeo lac vitiosum, ipsos pueros variis objiciunt affectibus ἄφθαις, maciei, vomitui, tussi, vigiliis, σειριάσει, timori, umbilici inflammationi, aurium humori, inguinarum pruritui, convulsioni, ~~[illegible]~~ [illegible]ibus, calculo, febribus, ὑδροκεφάλῳ, epilepsiae quae nisi ante ~~[illegible]~~ 25.m annum cesset totâ vitâ perdurat. fascino quoque pueri adhuc tenelli paulatim contabescunt, sed vix morbus ullus frequentius invadit quam morbilli et variolae, à quibus nemo homo immunis est. ac si parentes morbis quibusdam obnoxii sint, illi ita transfunduntur in foetum ipsum, ut omnem medi-camentorum vim superent et arte majores sint.

Morbis quidem facillime defunguntur pueri, per calorem insitum et liberam difflationem, atque etiam aetatis mutationem adeo ut saepe medicus occupari debeat ad naturae optimae morborum medicae suppetias, in sola victus ratione imperanda, quae morbum et morbificam causam expugnet. ac quidem si lac maternum quod melius est quam alienum, ex sanguine menstruo assidente [illegible] partum (unde sine gra-viditate colligi possit) ad glandulas in pectore ubi albescit, fitque primum foetus alimentum, morbum ipsum foveat, nec emendari facile possit, aliena mulier nutrix eligenda, sed esto juvenili aetate et mediâ, non patiens menstrua, colore roseo, optimis moribus, lacte suavi, candido, aequabili, crassitie et tenuitate medio, venusti [illegible]. ubi dentes erumpere incipiunt solidioribus escis calidis humidis assuefaciunt pueros, nunquam tamen vinum concedas.

Enimvero saepe tam firmas in nonnullis egit radices διάθεσις, ut ad purgationem cacochymiae pertinentem, maxime in arte cum phleb-otomiâ plenitudini debitâ, praesidium vindicandum sit. sed ut tenellis corporibus minime farsae negotii, nutricibus imperanda purgantia (lacti enim eorum vis et alimentorum imprimitur) quae corporis qualitatem immutant, ut alimenta sua et cum debita ~~[illegible]~~ similitudine suas humores redundantem et qualitate peccantem relicto utili vacuant, quorum tamen vis nulla esset, nisi in actum evocarentur à calore nostro. ut autem recte succedat, initio non suscipienda, naturam ipsam conspirantem habere debes, quae cum humores quo vergunt, detruduntur, modo antecesserit eorum praeparatio, ut crassorum incisio, non invassatio terminum ut vulgus putat, nisi forte catharro labatur in pulmones.

Jam cum exhalet plurimum solidas, humidas, et aëreas pueri eorum substantias, multoque nutricatu et somno ad reparandum effluvium et incrementum opus habeant, quo cum vena resignata simul confertim exeunt magna copia, ut purgationis sic phlebotomiae sint impatientes, cuivis τεκμαρσις ex morbo, viribus robore et aetate pericula pendent, atque ita ut tibi hanc judicam, frustra molior sedere conemus, aut συζυγίᾳ experimur. venae sectionis vero loco admoveri possunt hirudines et cucurbitulae, nisi sponte sua per nares amplae se se naturae exonerat. ipsarum etiam nutricum tandem potest vena, ut lactis sugendi copia minuatur, aut imperari, ut nihil prae-beant infantibus donec plenitudo, si qua inerit, fuerit absumpta.

Ergo Pueri per Nutrices Curandi.

Afferebat Joannes Leurechon Barro-ducaeus M. D. XXCIX.

F.L.T. BIBLIOTHEQUE